



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1734**

**VD18 90103084**

§.IX. Wahre Ursachen solchen Einfalls: Salvii Schreiben darüber an die Frantzösische Gesandten.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](#)

1644. überschrieben, dahero beyderseits die Antwort zu erwarten; Als haben wir erinnern wollen, daß alles mit denen Spanischen zu communiciren, aber gegen Benedig, Januar. oder einigen andern Menschen, in was Qualität er auch sey, dieses lezte gar nicht zu gedenken. Des Salvii Insinuation bey Herrn Griesheim, wegen der Benedi- schen Interposition, ist nicht zutrauen, weiln ohnschwehr zu erachten, daß sich die Schweden dadurch, mir Erwähnung eines Catholischen Interpositoris gegen einen Uncatholischen, bey denen Protestirenden verfeinden dorfften, und ist nur zum Be- trug und Weiterung angesehen.

### §. VIII.

Der Käyser sucht Däne- mark gegen Schweden beyzustehen.

Hingegen unterließ der Käyser nicht, nach Beschaffenheit derer damahligen Umstände, dem König in Dämmemarkt Hülfe zu leisten: Dahero nicht nur der Käyserliche Resident zu Hamburg, Georg von Plettenberg befchlichet wurde, mit Dämmemarkt sich einer Conjunction zu vergleichen, sondern es ergingen auch an die Stadt Lübeck, und andere des Nieder-Sächsischen Crayes, Stände, sub dato Wien, den 27<sup>ten</sup> Jan. Käyserliche nachdrückliche Schreiben, darum, nach Innhalt des lesten Reichs-Abschieds verbothen ward, denen Reichs-Feinden, sonder-

lich Schweden, keinen Vorschub zuthun, sondern vielmehr dem König in Dämmemarkt und dem Haß Hollstein, bey jegigen Einfall möglichst zu assistiren.

Die Schweden aber gaben bey aller Gelegenheit zu verstehen, daß der Einfall in Hollstein nur um deswillen geschehen wäre, um vor die Armée gute Winter-Quartiere zu machen, wie aus folgendem Antwort-Schreiben des General Vorstensohns, auf des Dänischen Mar- schalls, Andreas Billens Anfrage, er- hellet:

Schreibendes  
Schwedischen  
Generals an  
den Dänischen  
über solchen  
Punct.

Generose & Nobilissime Domine. Ante aliquot dies missum ad me tubicinem tuum cum litteris, datis Mittelfarti d. 30. Decembr. anni elapsi 1643. et si jam diu cum responso remittere animus fuit, mora tamen aliqua interposta est, quod præpropera itinera subinde facienda exercitui, adæquare ille non potuerit, sed in itinere diutius commorari coactus fuerit. Petitioni vero ut satis fiat tuæ, qua de causa, & cujus ex Mandato, hic in Holsatiam ingressus factus sit, amice indicatum tibi volo, quod præsenti rerum statu, hyemis nimirum instanti gravitate, & ratione belli impulsus, exercitum Sueicum, meis ductibus commissum, & gravissimis laboribus & certaminibus emaceratum & defessum, ut se colligeret, curaret, & otio re- focillaret, eo deducere coactus sim, ut finita demum hyeme, ad occurrentum hostibus, animosior & fortior redderetur. Properea haud injuria Holsatiam finitimaque loca ingressus sum, spe fretus certissima, neminem id mihi vitio verstrum, quod exercitus conservatio ac salus, & ejus in salvum conductio mihi curæ fuerit, & quod imposterum, ut haec tenus, loca munita, & manipulos militum congregatos, a quibus omnis generis incommoda & impedimenta pertimenda, meam in potestatem redigere annitar. Quod si forte Rex Daniæ hoc, quod facile credam, ægre ferat, ferendum mihi quidem est; Interim tamen utraque Corona, utpote quarum stamus imperiis, item inter se componere studebunt. Hoc ex me, ad inserviendum tibi promptissimo, responsum habeas, & tubicinem hunc meum ad te missum, usque dum tuus, quod quam primum fiet, subsequatur, si voles, detineas, vel illico ad nos remittas. Vale! Dab. in prætorio ad castrum Mittelfartense. 14. Jan. 1644.

### §. IX.

Wahre Ursachen solchen Einfalls.

Allein, die Käyserliche Gesandten wollten beglaubte Nachricht haben, daß sich Salvius hätte vernehmen lassen, es wäre solcher Einfall in Hollstein darum resolviret

1644. resolviret worden, weil der König in Dän-  
Januar. nemark etliche Schwedische Schiffe im  
Sund, wieder die alten Verträge, in  
Verhaft genommen und angehalten habe;  
Es standen auch die rechten Ursachen sol-  
ches Überfalls aus folgendem des Lega-

ti Salvii, an die Französische Gesand- 1644.  
ten im Haag, sub 20<sup>en</sup> Jan. erlassenen Januar.  
Schreiben, deutlich genug zu sehen, daß  
es nicht bloß auf die Winter-Quartiere,  
sondern auf einen ordentlichen Krieg da-  
mit angesehen sey.

Salvii Schrei-  
ben darüber,  
an die Fran-  
zösische Ge-  
sandten.

Humanissimæ E. E. V. V. quas attulit nobis D. Baro de Rorte, fuerunt  
Domino Legato Oxenttierna mihi gratissimæ, cupivissimus iis statim  
respondere, sed corporibus locisque sejuneti, non potuimus tam propere  
sententias animorum jungere. Fiet id coram eo uberioris, quo citius & avi-  
dius adventum vestrum expectamus. Interim non dubito, quin E.E.V.V.  
inopinatus, imo mirus plane videatur tam subitanus, exercitus Suecici ex  
Austria in Cimbriam transcursum. Verum, qui consideraverit, quam non  
modo difficile fuisset, tantas copias in solitudinibus Austriæ Moraviaque  
a ruina servare, sed &, quot annorum, quantis injuriis Suecos laceferint,  
& quasi provocaverint Dani, potius mirabitur, toties læsam non ante exe-  
ruisse se patientiam, quam intempestive suscepit queratur hanc mutatio-  
nem. Non est hujus loci cuncta adducere, quæ satis longo tempore contra  
Sueciam hinc inde acta sunt: Si æqua saltem judicij lance expendatur,  
quantum mali, cum omnibus in Mari Baltico commercantibus aliis, tum  
Suecis attulerint turbata ab aliquo tempore in Oresunt navigatio & com-  
mercia, hanc solam injuriam justo bello vindicandam decernet æquitas ipsa.  
Subditi Sueci, per mutua Regnorum sèpius renovata firmataque Paæta, im-  
munes sunt a pendendis vectigalibus in diæto freto, monstratis saltem cer-  
tificationibus, quas vocant, sub manu & sigillo Magistratus loci, unde ve-  
niunt, datis, quod merces, quas ferunt, eorum sint propriae.

Hæ certificationes ab aliquot annis in dubium vocari ceptæ sunt a Danis,  
tanquam false. Nolo hic exaggerare, quanta per se sit injuria, tot Civita-  
tum Magistratibus, adeoque toti genti, ex mera suspicione, tantum cri-  
men impingere. Posito (non concessso) aliquam certificationem falsam fu-  
isse: eo casu processus in Pactis Regnorum praescriptus est, quomodo tam  
ejusmodi, quam alia gravamina decidi debeant, nimirum iste, ut primo  
per litteras remedium postuletur; Si litteræ nihil profecerint, Residentes  
oretenuerint id urgeant, his nihil proficentibus, ex utriusque Regni Senatu dele-  
gati ad Regnorum collimina rem examinabunt. Quod si ii quoque conventus  
frustra fuerint, in exterum neutralem compromittatur, ut non nisi extremum  
sint arma. Hos gradus Dani prætergressi ab executione rem inchoarunt,  
a quibusdam navibus duplum, ab aliis tantundem simplum ac ab exteris,  
vectigal exigentes, post id solutum naves tamen arresto detinentes, ac tan-  
dem, milite imposito, cum mercibus captivas Haffniam abducentes. Quod  
cum magna lamentatione a subditis Suecis ad S. R. Majestatem, Domi-  
nam suam perlatum esset, scripsit aliquoties Senatus Regni Sueciæ  
ad Senatum Danicum, ablatorum restitutionem cum observatione Paæto-  
rum postulando; Quin etiam per Residentem & mercatores læsos idem ali-  
quamdiu sollicitavit, at nullo alio effectu, nisi, ut, postquam per æsta-  
tem portus Haffniensis ludibrium fuissent, Danicæ Admiraltatis sententia  
raptae sint in fiscum. Quod si etiam id forte parum videatur, Regum Reg-  
norumque Jura domesticorum Ministrorum jurisdictioni subjicere, & alieno-  
rum subditorum libertates fortunasque proprias, nota æmulatione da-  
mnatas, in fiscum rapere, consideretur saltem, quantam id præjudicij se-  
quelam secum traxit. Hoc enim rumore per Sueciam circumlatu, Regni  
ad quingenta milliaria protensum littus (ut exterios taceam) paris violentia  
metu quasi consternatum, navigationis & commerciorum frequentatione  
abstinebat. Quod quantum damni proventibus Regiis, vectigali potissi-  
mum innixis, attulerit, judicent E. E. V. V. Illud ne igitur amplius to-  
lerari

1644. lerari, aut dissimulari, vel debuit vel potuit, ut ipso velut gurgite Regni 1644.  
Januar. constricto, spiritus ei interciperetur, omniaque tam ornamenta Pacis, Januar.

quam Belli subsidia præcinderentur, paetis, subditis, commerciis, vetti-  
galibus, private aliorum libidini prostitutis. Sed & hanc injuriam plures  
aliae partim præcesserunt, partim comitatae sunt. Quid enim Viennæ, quid  
in Polonia, quid in Moscovia publici Daniae Ministri egerint, tum, quantus  
apparatus aliquamdiu in Dania factus sit, pro bello Suecicis inferendo,  
id jam diu circumfertur per universam Europam, quæ adeo in Suecia ipsa,  
quæ alibi moliti sunt, atra ipsa commonstrant. Justissimis de causis, adeo  
que ipsa necessitate urgente, coacta est Regia Majestas Sueciae permettere,  
ut pars Sueæ militiae apud Cimbros tantisper hyberna caperet, donec Sui  
status, exercitus & communis federis securitati, rectius cautum prospe-  
ctumque foret. Norunt E. E. V. quantum præjudicium causa communi-  
nis, quantum detrimenti Pomerania anno præterlapsu passa sint, eam so-  
lam ob causam, quod ejusmodi molitionum metu retenta, nequiverit Sue-  
cia majoribus copiis exercitus in Germania suos formare; imo, quod to-  
to bello nunquam potuerint Duces Suecici, prout optaverunt, arma  
in hostes explicare, solliciti semper de tergo; hoc tandem metu, aliquan-  
do etiam necessario, liberandi fuerunt. Et si vero etiam in Suecia exerci-  
tus ad arma vocati sint, ea tamen moderatione etiamnum procedit Regia  
Majestas, ut nihil hostile illic attentetur, quamdiu ulla spes adhuc super-  
est, Regem Daniae Paetis & amicitiae satisfacturum. Qua de re rumor est,  
aliquid jam agi cœptum esse inter Reges. Hæc autem E. E. V. in an-  
tecessum significanda esse duxi, ut, quicquid consilii cœperit Dania, sciant  
tamen, immotam stare Regiæ Majestati Regnoque Suecia sententiam, fœ-  
deri cum Gallia constanter inhærendi, bellum in Cæsarem continuare, us-  
que dum & libertas Imperio, & securitas Fœderatis restituatur. Sperat  
enim per Dei gratiam & Regia Majestas & D. Campiductor Torstenfohnii-  
us, hoc negotium per hyemem ita accommodatum iri, ut circa æstatem  
fortius animosiusque eas vicissim repeatat, unde ad tempus procedere coa-  
etus est exercitus, communium hostium ditiones, nec nociturum, sed pro-  
futurum causæ communi, quem alias inopinato instituere coactus est ad  
Cimbros transcursum. Id opto ex animo, & E. E. V. constantem  
sanitatem prosperosque rerum consiliorumque successus. Osnabrigi, die  
20. Jan. 1644.

J. SALVIUS.

## §. X.

Die wahren Ursachen der Ruptur wer-  
den auch durch öffentliche Schriften be-  
wiesen.

Noch deutlicher aber erhellte solches so-  
wohl aus der Königin in Schweden, an  
die General-Staaten erlassenem Schrei-  
ben, sub N. I. und Dero selben Manifef-  
tum, wie es aus dem Schwedischen in das  
Deutsche übersetzt worden, sub N. II. de-  
me zugleich die Dänische Antwort sub  
N. III. angefügt wird,

## N. I

N. I.  
Der Königin in Schweden deswegen an die General-Staaten ab-  
gelassenes Schreiben.

Nos CHRISTINA, Dei gratia, Suecorum, Gothorum, Wandalorumque  
designata Regina, & Princeps Hæreditaria, Magna Princeps Finnlandiæ,  
Dux Esthoniæ, & Careliæ, Ingriaque Domina &c. Celsis ac potentibus  
bonis amicis ac fœderatis nostris, Dominis Ordinibus Generalibus, Fœde-  
rati Belgii salutem & omnis prosperitatis incrementum. Celsi ac poten-  
tes boni amici, ac fœderati; Cum quotidiana experientia, & ex tot acti-  
bus, maxime in freto Oresuntæ exercitis, abunde liquet, constitutum esse  
Regi Daniæ, vicino nostro, tollere libertatem navigationis & commercio-  
rum